Merulo, Claudio. Sacrorum concentuum octonis, den. duoden. & sexdenis vocibus modulandorum . . . liber primus. . . Venezia, Angelo Gardano. 1594. RISM M2365.

Title:

SACRORVM
CONCENTVVM
Oĉtonis, Den: Duoden: & Sexdenis
vocibus modulandorum.
AVTHORE CLAVDIO MERVLO
Corrigienſi, ab Organis Serenisſimi
Parmæ & Plac: Ducis, &c.
LIBER PRIMVS.
Nunc primum editus.
[Printer's mark]
Venetijs Apud Angelum Gardanum

M.D.LXXXXIIII.

Dedication:

AD SERENISS:VM PRINCIPEM, | AC D. D. MASSIMILIANVM, | COMITEM PALATINVM, RHENI, | Bauariae vtruiſq; Ducem, | *Dominum meum Clementiſſimum.* | [orn.] |

N*On miraberis (opinor) Sereniſſime Princeps, quod haſce ad te | mittam cantiones, inclito nomine tuo decoratas: quippe qui me | tui ac totius Sereniſſmæ Familiæ tuæ longè obſeruantiſſimum | eſſe, cum ex:aliorum ſermone, tum verò etiam ex: me ipſo nuper | intellexiſti. Colui equidem te iam inde à multis annis vehemen-|ter, clariſſima virtutum tuarum fama adduĉtus: Verùm cum non | ita pridem in hac aula Sereniß. Principis mei, te hoſpitem vti | longè nobiliſſimum, ita omnibus exoptatiſſimum, non ſine ingen-|ti admiratione ſummæ venuŝtatis, dignitatiſq; oris ac corporis | tui vidiſſem, tuq; me humanitate, ac clementia ſingulari complexus eſſes, dici non poteſt, quàm | ardenti incenſus illicò fuerim deſiderio, obſeruantiam tibi meam, ac deuotam animi volunta-|tem quoquo modo teſtificandi, probandiq; Quis enim gratiam ſibi eius Principis demereri om-|ni officiorum genere non conetur; qui cum ſummo generis ſplendore, pietatis, atq; omnis vir-|tutis ŝtudium, ita coniunxit, vt ſingulari Dei beneficio, ad Rempublicam Chriŝtianam iuuan-|dam; tuendamq; natus videatur? Sapientiſſmum verò ac penè diuinum conſilium illud fuit, | Sereniſſimi Parentis tui, Principis ſiue relligionem ſpeĉtes, ſiue virtutem, planè incomparabi-|lis, quo te vnà cum Sereniſſimis Fratribus tuis in Italiam miſit, primùm vt ſacrorum Princi-|pem, Chriŝti in terris Vicarium, coram venerareris, plurimaq; loca ſacra relligioſè viſeres, | deinde verò Magnates quoq; tibi vel ſanguine, vel affinitate iunĉtos, officio ſè amanterq; ſa-|lutares: faĉtum enim inde eſt, vt excellens virtus tua vniuerſæ Italiæ, ceu theatro ampliſſimo | propoſita, ita innoteſceret, vt nemo ſit, qui dè pietate, prudentia, humanitate, ac plurimarum | rerum, qua pręditus es ſcientia, non loquatur ſumma cum laude tua, teq; non colat, non ſuſci-|piat, non amet. Fecit autem voluptas incredibilis, quam ego vel hoc in loco capio ex quotidia-|no ſermone, qui de te*

paſſim honorificentiſſimus habetur, vt me continere diutius non potuerim, | quin hoc tibi manuſculo Muſico gratularer, ac venerationis erga te meæ, memoriam refrica-|rem: id quod facere tamen vix auſus fuiſſem, dignitatis nempe tuæ amplitudine, ac muneris tenuitate abſteritus, niſi me Nobilis ac doĉtiſſimus vir Thomas Mermannus Sereniſſimi Paren-|tis tui conſiliarius, ac Medicus intimus, ſingularis Muſicorum fautor, ac patronus, animaſſet, | authoritateq; ſua, in ſententia confirmaſſet. Supplex autem à Celſitudine tua peto, vt hoc quic-|quid eſt officij, in eam partem accipere velis, quam & innata tibi benignitas, & ſummum erga | te ŝtudium meum poſtulat. Non probabunt fortaſſis aliqui, ad te, Principem in ipſo adoleſcen-|tia flore conſtitutum, quam ætatem ioci ac Veneres magis deleĉtant, grave hoc genus Muſices | à me miſſum eſſe. Ego verò haud ignarus quid caſtiſſimas aures tuas deceat, piaculum planè | duxerim, tibi pijſſimi Principis pijſſimo filio, munus offerre, in quo vel minimum laſciuæ indi-|tium appareret. Valeant igitur muſici qui ſe placere nemini poſſe exiſtimant, niſi verba ex poe-|tis conquiſita, leuitatis pleniſſima, laſciuis ac planè effęminatis vocibus ac modis cantillandæ | proponant: quorum profeĉto quòd Chriſtiani ſint, me non mediocriter pudet, quotieſcunque in | mentem venit, Socratem virum ethnicum in Rep. bene iuſtituta nullam prorſus muſicam feren-|dam cenſuiſſe, pręter vnam illam, quæ in Dei immortalis atque heroum laudibus exprimendis | verſaretur. Quod reliquum eſt Sereniſſimę Celſitudini tuæ perpetuam incolumitatem opto, vtq; | eam quam in me declaraſti humanitatem retinere, nec vllius obtreĉtatione à me defleĉti vn-|quam velis, ſummis precibus oro atque obteŝtor. Dat. Parmæ. Kal. Iunij. M.D.XC.IIII. |

Sereniß. Celſitudinis Tuæ | Humilimus atq; obſequentiß. Seruuo | Claudius Merulus Corrigienſis. |

Index:

INDEX MOTECTORVM.

[column 1]

Moteĉt. A 8.
Aue gratia plena
Magnum hæreditatis
O roſa incorruptibilis
Hæc eſt dies
Indicabo tibi homo
Benediĉtus Dominus
Anima noſtra
Homo Dei ducebatur
Maria virgo
Laudate Dominum
Mirabiles elationes
Confiteantur tibi
In tribulatione mea
Deus noſter refugium

Magnificat A 8.
Magnificat a 8. Quinti Toni
Magnificat a 8.   Sexti Toni
Magnificat a 8.   Primi Toni

[column 2]

Moteĉt. A 10.
Hodie Chriſtus
Vias tuas Domine
Gaude Maria

Moteĉt. A 12.
Saluum fac a 12.

Magnificat A 12.
Magnificat a 12. Primi Toni.

Kyrie a 8. & a 12.
Kyrie a 8.   Sexti Toni.
Kyrie a 12. Sexti Toni.

Sanĉtus a 8. & a 12.
Sanĉtus a 8.   Sexti Toni.
Sanĉtus a 12. Sexti Toni.

Sanĉtus A 16.
Sanĉtus a 16. Primi Toni.

Kyrie A 5.
Secundus Kyrie a 5.   Quinti Toni
Regina cæli a 8.
FINIS.

Contents:

Ave gratia plena   A 8
Magnum haereditati   A 8
O roſa incorruptibili   A 8
Haec eſt die   A 8
Indicabo tibi homo   A 8
Benediĉtus Dominu   A 8
Anima noſtra   A 8
Homo Dei ducebatur   A 8
Maria Virgo   A 8
Laudate Dominum   A 8

Mirabiles elationes   A 8
Confiteantur tibi A 8
In tribulatione mea   A 8
Deus noſter refugium   A 8
Magnificat   Quinti Toni   A 8 [all verses]
Magnificat   Sexti Toni   A 8 [all verses]
Magnificat   Primi Toni   A 8 [all verses]
Hodie Chriſtus   A 10
Vias tuas Domine   A 10
Gaude Maria   A 10
Salvum fac   A 12
Magnificat   A 12   Primi Toni [all verses]
Kyrie   Sexti Toni   A 8
Kyrie   Sexti Toni   A 12
Sanĉtus   Sexti Toni   A 8
Sanĉtus   Primi Toni   A 16
Primus Kyrie   Quinti Toni   A 5
Secundus Kyrie   Quinti Toni   A 5
Tertius Chriſte   Quinti Toni   A 5
Regina caeli   A 8

Part-books:

CANTVS	A-C^4, D^6	36pp. Dedication. No Index.
TENOR	E-G^4, H^6	36pp. Dedication. Index.
ALTVS	I-L^4, M^6	36pp. Dedication. Index.
BASSVS	N-P^4, Q^6	36pp. Dedication. Index.
QVINTVS	R-T^4, V^6	36pp. Dedication. Index.
SEXTVS	X-Z^4, Aa^6	36pp. Dedication. Index.
SEPTIMVS	Bb-Dd^4, Ee^6	36pp. Dedication. Index.
OCTAVVS	Ff-Hh^{4,} Ii^6	36pp. Dedication. Index.
NONVS	Kk^4, Ll^6	20pp. Dedication. Index.
DECIMVS	Mm^4, Nn^6	20pp. Dedication. Index.

Remarks:

Quarto format. Intonations in Septimus part-book. Copies consulted: **D**-Kl, Mbs.
RISM M2365.